



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XIV. Bononien. hæreditatis de Barberiis. An Ecclesia, vel Prælatus
repudiare possit, hæreditatem delatam; Et quid ubi etiam adita sit ex
titulo erroneo: Et an restitutio fideicommissi facta per ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

DISCURSUS XXIII.

47

to Narsero vocatione sub Imperio Justini filii Justiniani, quileges civiles compilavit; Nihilominus dictum jus civile quo utimur, per plura saecula in Italia sepultum, a tempore solum moderno luci prodit, usque receptum est, quando jam dictae consuetudines indubitanter introducta fuerant, cum etiam de tempore quo (approbatore Rogerio) inscriptionem redactae fuerunt, jus praeditum, quamvis inventum, adhuc in istam provinciam non penetraverat, neque usi receptum erat, cum generiter in Regno Neapolis a duabus saeculis ultrà vivetur jure Longobardorum, ut advertitur d. disc. i. sub tit. de servit. ideoque incertum est, an tunc illorum temporum conditione attentum, & quando istius juris notitia non habebatur, rationabile, ac honestum, vel irrationabile esset ita moribus introduci, Non omne enim, quod hodie videtur juri communi contrarium dici, potest gelatum in correctionem ejusdem juris, quod ignotum erat de tempore, quo lex municipalis edita fuit, ut in proposito Confirmationis Regni, quæ incipit Minorum jura super reductione minoris etatis ad annos 18. habetur in Romana dotis sub tit. de dote disc. i. & alibi cum similibus.

Clarius vero præmissa procedere dicebam in hac facti specie, ob cœstante fraudis & occultationis suspicionem, quoniam de tempore aditæ hæreditatis, non aderant bona, que per dictum hæredem occupata essent, nisi similia, quæ utpote omnibus exposta, de facili latere non possunt, neq; dissipari. Greg. disc. 169. num. 8. Ac etiam quia eadem distincte descripta fuerant per ipsum testatorem in testamento, istaque descriptio inventarii vicem habere videtur, ut apud Coccin. dec. 151. num. 9. Cavaler. dec. 3. 10. num. 7. Roias dec. 428. ubi quod quando certus est status hæreditatis, inventarii omissione non præjudicatur.

Quod sane intelligendum venit quoad ea, quæ per dictum jus novissimum in l. fin. Cod. de jur. de lib. disposita sunt, seu ex ejus intentione per DD. tradita, aenep, ut teneatur insolidum de proprio creditoribus, & legataris, quamvis ultra vires, atque ut intret præsumptio occultationis, seu altera præsumptio consumptionis detractionum, ob aliquas alienationes quamvis modicas cum similibus; Secus autem ad effectus non inductos per dictum jus, sed ex priori jure antiquo, medio, & novo ex natura actionis resultantes tanquam ex cessante beneficio, ut præterit illa confusionis actionum, a qua inventarium præservat, ut ita distingnendo habetur apud Capc. Lair. conf. 121. num. 42. ubi allegantur Phane. & alii.

Unica vero dubitandi ratio de hujusmodi consuetudinis exorbitantia, in eo consistere videbatur, quod ira delinquendi occasionem præberet videatur invitando ad occultationes, & fraudes; Ad instar eorum, que habemus de remissione confectionis inventarii per testatorem facta, vel de liberatione à redditione rationum cum similibus; Verum ista ratio, quæ militaret in dispositione juris communis ceccidente annum ad deliberandum; Ideoque ponderabam, eam efficacem non esse ad tollendam vim consuetudinis, eamque iniquam, seu irrationabilem decernendam, adeo ut spernenda esset, sed bene id attendi debet ad effectum rigorosè procedendi contra talen hæredem super redditione rationum administrationis hæreditatis postfæca, ac dimisso; Ad instar eorum, que habemus de tutoribus, alisque administratoribus non conscientibus inventariis, minusque librum rationum benetenibus, aliaque opportuna non facientibus, ex quibus

suspicio fraudis tollatur, cum super hoc consuetudo in contrarium non disponat, proindeque intrant disposita de jure communis contra quemcumque legalem administratorem, ad cuius titulum intermedia talis hæredis professo resolvivideatur.

BONONIEN.

HAEREDITATIS DE BARBERIIS.

PRO

MONASTERIO CONVERTITARUM

CVM

N. BARBERIO.

Casus decisus per Rotam pro Monasterio.

An Ecclesia, vel Prælatus repudiare possit hæreditatem delatam; Et quid ubi etiam adita sit ex titulo erroneo; Et an restitutio fideicommissi facta per hujusmodi hæredem, ita erroneè audeat, ac potest repudiare, substineatur in præjudicium hæredis veri, cui proinde fideicommissarius sit legitimus contradictor.

S U M M A R I U M.

1 F Acti series.

2 F Resolutiones causa.

3 Quando licet excipere de jure tertii.

4 Hæres qui adiut ab intestato, detecto testamento, potest desinere esse hæres, & quando non.

5 Reator Ecclesie potest repudiare hæreditatem delatam, & an posset etiam eam cedere translative sine solemnitatibus.

6 Gestas per hæredem putativum prejudicant hæredi vero, præsentim circa restitucionem fideicommissi.

7 Declaratur, quando id procedat.

8 De requisitis, ut fidei commissariis sit hæredi contradictor.

D I S C. XXIV.

D Efuncto Jacobo Barberio de anno 1654, superlita unica filia moniali professa in Monasterio Trinitatis Bononiae, per istud aditum fuit hæritas ab intestato, deinde vero detecto testamento condito usque ab anno 1629, in quo institutis hæredibus prius masculis, & postea fæminis ex ipso superstitibus, his non obstantibus, vel quandocumque deficientibus absque prole, substitutum Monasterium Convertitarum sub invocatione SS. Jacobi & Philippi ejusdem Civitatis, Hinc propter ea tam ex oneribus in dicto testamento contentis, quam ex ære alieno, & antiquis fideicommissis, comperto per dictum primum Monasterium, quod damna, vel nimis intricata esset hujusmodi hæritatis, catenus ab intestato aditum, quatenus pinguis & lucrosa crederetur, postquam ejus administratores passi fuerant, ut quædam bona acciperentur per Barberium agnatum utpote pertinentia ad quoddam antiquum fideicommissum, ad quod ipse vocatus erat, hæreditatem prædictam cum Ordinarii licentia repudiarunt, unde propter ea dictum

De LUCA
de
stamentis
etc.
GY

dictum alterum Monasterium, quod jure vulgaris substitutionis primus heres effec^{tus} est, hereditatem adivit ex testamento, atque tanquam talis immisionem petiit, & obtinuit ab A. C. ad bona per defunctorum de tempore mortis possessa, etiam adversus dictum fideicommissarium, utpote vitiosum possessorem, non habentem possessionem à manu legitimi hereditis, ut requiritur de jure communis; Fortius vero ex Statuto Bononiensi, quod possessionem alias captam, omnino infectam decernit; Di^cta autem litis effec^{tus} potius redundabat ad commodum creditorum defuncti, eam substituentium sub dicti Monasterii nomine, ob aliquid conventum emolumenitum eidem datum, ita sperando, ut expulso fideicommissario à possesso, eorum conditionem facere posse meliorem in bonis, quæ antiquis fideicommissis à dicto agnato subjecta prætendebantur, majorem hereditarii assis partem constituentibus, ob fideicommissi turbiditatem, vel ob non bene probatam identitatem; Aut ob exceptionem detractionum legalium, ac melioramentorum cum aliis commidis possessio- nis contraria non possessorem resultavitibus.

Introducta vero per appellationem causa in Rota coram Cerro, datoque dubio, an dicto Monasterio heredi scripto in testamento non abolito, neq; cancellato danda esset immissio in vim l. fin. Cod. de E- dict. Div. Adr. sub die 11. Februarii 1658. coram Cerro, affirmativa prodiit resolutio, quæ est impresa par. 12. rec. decis. 311. ad cuius normam lata sententia, hæc in gradu appellationis in eadem Rota coram Be- vilagna confirmata fuit præviis duabus decisionibus 7. Februarii 1659. & 1660. atque in viii trium con- formium, ad exequitionem deventum est.

In hujusmodi autem disputationibus, præsertim verò in prima, quæ fuit arior, & cum cuius motiuis deinde in aliis processum fuit; Cum reo, & possessori sufficiat repellere actorem per ejus non jus, quamvis ipse de suo jure non doceat; Hinc proinde ejus defensores opponabant, magis de jure tertii, quam de suo, principaliiter insistendo in defectu legitimatis persona dicti Monasterii actoris, ex eo quod hereditas spectaret ad aliud Monasterium ex persona monialis, quæ tanquam filia testatoris, primo loco in codem testamento instituta fuerat, & in ejus defectum dictum alterum Monasterium fuerat substitutum, cuius proinde substitutionis ca- fus factus non erat; Potissimum vero, dum jam processum fuerat ad actionem hereditatis, quæ semel adita non potest amplius repudiari, ex regula, quod semel heres non potest definire esse heres, præser- tis dum agebatur de Ecclesia, quæ hujusmodi jus jam agnitus & quæ sirum repudiare non poterat si- nis beneplacito Apostolico, alisque requisitis per extravag. ambitioso de rebus Eccles. non alien.

Scribens ego pro auctore, his non obstantibus, contrarium dicebam probabilius (etiam cum aliquo sensu veritatis, qualem causæ eventus ut supra comprobavit) Non quidem ex eo fundamento, cui carteri hujus partis defensores innitebantur, quod scilicet hæc esset exceptio de jure tertii, quoniam quid- quid sit de puncto, an, & quando reo, & possessori ad repellendum actorem dare licet de jure tertii; In hac facti specie id principaliter oppositoris intererat, stante quod de dicti Monasterii administrato- riorum consensu, vel sicut patietotia, quæ sufficit loco restitutionis, ex iis, quæ præsertim habentur in Bononiensi, de Graffis sub tit. de fideic. disc. 196. controversorum bonorum possessionem jure fidei- commissi accepérat.

Sed ex eo, quod cum Monasterium dictam ha-

reditatem adiisset ab intestato, recte potuit, detecto testamento, additionem predictam, utpote ex erro- nea causa factam retractare, seu infectam declarare, tanquam ex deficiente consensu, qui in errante ad- esse non dicitur, ut ad litteram probat text. in l. fin. ad quem, ff. de acquir. bared. ubi Bart. nu. 1. An- charan cons. 357. num. 2. cum sequen. atque est juris principium verum, & receptum, quando heres de tempore additionis ignorat testamentum; Difficul- tas enim cadere potest, ubi heres testamenti con- sciens, ab intestato adierit, quo casu intrant disposita toto tit. se quis omisca causa testam. &c. de quibus in proposito agere opus non fuit, stante quod in fa- cto certa erat ignorantia, qua concurrente, id de piano procedit, ut advertunt Bald. cons. 403 & 404 ex num. 1. cum seq. lib. 3. quorum primum est Ang- lii) Soccin. jun. cons. 5. num. 8. lib. 2. Paris. cons. 63. num. 23. lib. 1. cum aliis deductis in dictis decisionibus, præsertim prima coram Cerro dicta decis. 311. par. 12. rec.

Ad motiū autem nullitatis dictæ repudiatio- nis ob non servatas solemnitates in alienatione bo- norū Ecclesiæ requisitas, pariter facilis erat respon- sio, quæ illative resultat ex præcedentibus, quoniam positā prædictæ additionis invaliditate ex defi- & consensu, exinde sequebatur, ut testata hereditas remaneret in terminis potius adeunda & que- renda, quam adita & quæsita; Hoc autem postea recepta propositio est, ut hujusmodi solemnitatis necessariæ non sint, atque absque illis Ecclesiæ Re- tor, seu Prælatustalem hereditatem, utpote non quælitam, nec incorporatam possit repudiare Abb. in cap. tua de his, quæ sunt à Prælatis, Federic. de Ste- nis cons. 9. Put. dec. 507. lib. 2. Barat. & Adden- dec. 773. & tanquam certum admissum fuit in Roma- na restitutionis dotis 27. Junii 1657. coram Priolo, & in aliis, atque in hujus causa decisionibus firmatus, cum solum in his terminis DD. dicant ut Ecclesiæ ex hujusmodi repudiacionibus prejudicatis, in sub- sidium succurratur beneficio restitutionis in integrum, non autem ex capite nullitatis; Idque non solum, ubi agitur de repudiatione simpliciter ab- stentiva, per quam repudiatis tollat se de medio ac se opponat principio acquisitionis, habendo sen- gativæ, sed etiam ubi de renuntiacione personali, seu translatiua juris quærendi ad alterius commodum; Licet enim hujusmodi renunciationis species, per necessarium antecedens, præsupponat præcedente acquisitionem; Nihilominus ista tanquam instantia, ac portius imaginaria, quam vera, non habetur in consideratione, ad effectum solemnitatum, ut bene Putens dicta decis. 507. & habetur sub tit. de alian. & contract. disc. 1. & alibi; Licet secus ad ef- fectum restitutionis in integrum ut suprà, quoniam pro necessitate solemnitatum ad terminos extra- vag. Ambitioso cum concord. punctus est in incor- poratione, quod scilicet bona jam quæsita & incor- porata sint Ecclesiæ, ita ut agatur de ea depau- randa, ejusque patrimonio diminuendo, quod sequi non dicitur ex eo quod bonorum querendorum ac delatorum acquisitione negligatur ad notata in l. qui astem, ff. quæ in fraudem creditorum, & habetur frequenter sub iuri de credito, ac etiam sub altero de renunciationibus, in proposito insinuationis, alia- rumque solemnitatum, cum similibus.]

Insistebant etiam fortiter rei conventi defenso- res, in eo quod (quicquid sit de præmissis) negari non poterat, quod interim Monasterium suster- heres putativus bonæ fidei; Atque hoc posito infer- bant, ut gelta pereum, valida censenda essent in præjudicium heredis veri, ex deductis decis. 122. par. 7.

par. 7. recent. ac habetur specialiter actum sub tit.
de Regalib. ad materiam officiorum disc. i. hoc sit. in
materia hærediti putativi disc. 18. unde inferabant,
quod ipse non posset dici vicius possessor ob ex-
ploram, vel implicitam, ac virtualem restitucionem
sibi factam per hæredem, à cuius manu possessio-
nem bonorum fideicommissariorum accepatur, i-
deoque dici poterat legitimus contradictor.

Istud fundamentum, in decisionibus neglectum
fuit, & tamen mihi maiorem inferebat difficulta-
tem, cum ita sufficeret videbatur, ut possessor excu-
saretur à vicio, ac delicto spoliandi hæreditatem
vacantem, seu capiendo possessionem propriæ au-
toritatem, ac alias quæcumq; à manu hæredis, ubi possi-
mum adest bona fides ex parte utriusque hæredis,
putativi scilicet, & fideicommissarii, ab ejus manu
capiens, cum isto casu cesseret inconveniens, quod
ego in præsenti causa ponderabam, ut scilicet fidei-
commissarius illicet sequitur morte gravati, ante-
quam aperiretur testamentum, ac detegetur verus
heres, colludere posset cum proximiori ab intestato-
re declarante hæredem, atque hujusmodi restitu-
tionem faciente.

Respondendo autem objecto, etiam in casu fin-
cieratis, ac bona fide ex parte utriusque; Dice-
bam, quod gesta per hujusmodi putativum hære-
dem, attendi quidem debet, ac valida censeri ad fa-
vorem contendens de damno vitando, ut ab isto
preservetur, & in his terminis loquantur jura & au-
toritates, de quibus proximè suprà; Non autem ad
effectum reportandi lucrum facti permanentis, &
continuativum etiam post dictionem verum hæredem,
ut in præscuti sequeretur, quoniam fideicom-
missarius ita lucrum reportaret, quod resultat
à commode possessionis pendente lite super fidei-
commissi existentia, & bonorum identitate, ac de-
tractionibus; Et converso autem, per immisionem,
que vero hæreditarebatur, in nihilo damnificatus re-
maneret, quoniam jus suum adhuc salvum esset; Et
cum enim tria sine requisita copulativè necessaria,
ut fideicommissarius dicatur, hæredilegitimus con-
tradictor; Primo scilicet, ut fideicommissum sit
clarum, tam ratione existentia, quæcumq; pertinentia,
ac identitatis bonorum, cum una ex hujusmodi tur-
bidoitibus sufficiat; Secundo, quod certè sit nullas
competere detractiones; Et tertio, quod posses-
sion non sit viciosa, ut sapientia advertitur in sua materia
sub tit. de fideic. & sub altero de detractionib. Hinc
sequitur, ut posito quod ratione dicitur bona fidei ve-
rificetur tertium requisitum, atque ita tolli dicatur
possessionis vicium, non in te tamen sequitur verifi-
catione aliorum duorum requisitorum, super quibus
heres cogendus non est litigare manus vacuis,
dum in hac facti specie praecipuus disputationis
punctus, ac effectus præsumtum consistebat in detrac-
tionibus, quarum ratione, creditores nomine Mo-
nasterii causam sublinebant, sperantes ex illis satis-
factionem obtinere; Et ex his putabam, quod
objecto bene satisfactum esset; Mirabar tamen,
quod punctus, tanquam exemplaris, non exami-
natur in decisionibus, cum in eo præsentis contro-
versi cardo difficultatis consistere videretur; Et
conferunt, quæ de fideicommissario apprehenden-
te possessionem sine vicio, & tamen, quod non per
hoc sicut heredilegitimus contradictor habentur sub
tit. de fideicommissis discurs. 197. & 198. & sub
tit. de legitima & detractionib. disc.
25. & in aliis.

† †

Pars II. de Hæredis.

ROMANA PECUNIARIA.

SEU

REDDITIONIS RATIONUM

PRO

BARTHOLOMÆO CAPRANICA

CVM

MASTINIS.

Casus decisus per Cameram pro Mastinis,
postea concordatus.

Hæres beneficiatus solvens liberè, & non
obtentâ cautione, creditoribus posterioribus
primò venientibus, an, & quando dicatur malè solvere, ita ut ad reite-
ratam solutionem de proprio teneatur
anterioribus inventario non obstante.

SUMMARY M.

- 1 F^{acti} series.
- 2 F^{acti} sententia status facit jus quoad omnes, in
specie de sententia super canonizationis
inventarii.
- 3 Status hæreditatis firmatus cum unis, facit jus quo-
ad alios.
- 4 Item redditiorum facta per hæredem bene-
ficiatum.
- 5 Quomodo decidenda questio, an hæres liberè sol-
vens creditoribus primò venientibus bene sol-
vat, vel male.
- 6 Pender ab eo, an sit in bona, vel mala fide.
- 7 Anterior citatus, & negligens in concursu sibi
praedicat.
- 8 Hæres solvens posteriori, presente, & non opponente
anteriori, est citatus.
- 9 Communis usus est, ut creditoribus hæreditariis
non solvatur liberè.
- 10 Hæres beneficiatus dicitur administrator.
- 11 Creditores anteriores habent ius avocandi à poste-
rioribus, quibus per posteriores est liberè solutum
non possunt nisi all. gare bonam fidem.

DISC. XXV.

D^{icitur} Efuncto Laurentio Celsi Episcopo Ca-
stren. de anno 1603. scripta hæredi Isab-
ella germana sorore, hæc hæreditati
tem adiutum cum beneficio inventarii,
quod solemniter, juxta consuetum stylum confe-
cit, sed, vel ex mulierbris implicitate, vel proba-
bilis ab ejus corruptis ministris, ac directoribus
decepta, liberè, & absque solita cautione satisfecit
creditoribus hæreditariis primò venientibus. Unde
ad plures annos, eā defunctā, cum Mastini ejusdem
hæreditatis creditores, Bartholomæum ejus filium,
& hæredem pulsarent ad solutionem, petendo ex-
ecutionem mandati obeanti contra bona propria di-
cta Isabellæ, cum præfixione termini ad docendum
de inventario, & reddendum rationes juxta
proxim positam per Salustium; Reus autem con-
ventus exhibuisset inventarium, atque rationes

E red.

De LUCA
de
stamentis
etc.
GVI